



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 53. Franciæ Regis epistola ad Facultatem Theologicam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

ad Facultatem deferebat, his conce- Sæc. XVI.
 ptam verbis: *In dubiis, ac opinionum va-* A.C. 1559.
rietate, quæ tam circa Sancta Ecclesiæ Sa-
cramenta, Constitutiones & Dei, necnon *Argentre*
Ecclesiæ Catholicæ traditiones, quam circa 6. p.279.
Missam, & pretiosi Corporis Christi Domini
consecrationem emergunt, ad novum Con-
cilium recurrendum est, interea vero solitæ
hæreticorum pœnæ suspendantur, ac cuili-
bet opinandi libertas relinquatur. „Hæc
 „propositio, declarat Facultas, quæ
 „nunquam in controversiam venire de-
 „buisse, & plane hæretica, sacramen-
 „taria, perniciosissima, errorum om-
 „nium, atque hæresum confirmativa,
 „Reipublicæ Christianæ, tam Ecclesia-
 „sticæ, quam civilis everfiva, & qui-
 „cunque eam quomodolibet defenderit,
 „hæreticus, sacramentarius, ac totius
 „Reipublicæ conturbator censendus est.,

§. LIII.

*Franciæ Regis epistola ad Facultatem
 Theologicam.*

Biduo post Facultas a Rege epistolam
 recepit hujus tenoris: Carissimis, ac
 dilectis Decano, & Facultatis Theo-
 logicæ Parisiensis Doctoribus. „Ca-
 „rissimi, ac dilecti: considerantes singu-
 „larem affectum, ac pietatem, qua de-
 „functus Rex noster admodum hono-
 „randus Dominus, ac Parens, quem
 Deus

Sæcul. XVI. „Deus liberet, hæresum ac pravorum
A.C. 1559. „dogmatum extirpationi incubuerit:
 „ex altera vero parte nos pariter in hoc
 „piam, sanctamque ejus voluntatem se-
 „qui cupientes, cum is præter alia volue-
 „rit, ac desiderarit, ut quædam opinio
 „per quosdam suos Ministros recens
 „propugnata, nimirum, quod in dubio,
 „atque opinionum diversitate tam circa
 „Sanctum Altaris Sacramentum, & Missæ
 „Sacrificium, quam circa alia Ecclesiæ
 „Sacramenta novum sit convocandum
 „Concilium, atque interea suspenden-
 „das esse omnes castigationes non recte
 „sentientium, necnon suam cuilibet
 „libertatem esse relinquendam, cum hæc
 „propositio, præterquam quod cuilibet
 „pio Christiano notorie sit seditiosa,
 „scandalosa, & directe unioni Ecclesiæ
 „contraria, insuper in ea simus animi
 „voluntate, ut omnia fiant per illos, qui
 „de ejusmodi perniciosis opinionibus ma-
 „gis exactam habent cognitionem, hinc
 „vos rogamus, ac etiam præcipimus,
 „ut mox recepta hac epistola præsen-
 „tem propositionem sua perstringatis
 „censura, si illam necdum censura no-
 „tastis, aut si ex voluntate viventis,
 „nunc defuncti Regis nostri Domini &
 „Patris, necnon & Regni nostri censuram
 „ullam tulissetis: hanc ergo censuram
 „nulla mora acceptis hisce literis vestro
 chiro-

„chirographo munitam nostro dilecto, Sæcul. XVI.
 „ac fideli Confiliario, & Generali Pari- A.C. 1559.
 „sienfis Curiaë noſtræ Procuratori clau-
 „ſam & ſignatam tradatis, ut per il-
 „lum ad nos transmittatur, qui etiam
 „vobis referet, quid juxta bonum, &
 „æquum nobis agendum videbitur.,
 Accepta igitur hac epiſtola Mailliardus
 Decanus cenſuram occluſam, ac ſigillo
 firmatam præſente Moncho Doctore
 die vigesima octava Auguſti Procura-
 tori Generali tranſmiſit, ad Regem de-
 ferendam.

§. LIV.

Martimboſi Propositiones damnatæ.

Die decima quinta Junii Curcellius *Argentre*
 Syndicus prælegit ſententiam con- p. 279.
 tra Magiſtrum Nicolaum de Martimboſ
 pronuntiatam, vi cujus hic Doctor Ver-
 bum Dei prædicare, confeſſiones ex-
 cipere, atque in Facultate docere pro-
 hibebatur: die autem prima Julii ea-
 dem Facultas Conventu Sorbonnæ ha-
 bito poſt rem Divinam de Spiritu ſancto
 peractam circa quædam negotia ſtatum,
 ac honorem Facultatis concernentia
 deliberabat, ibidemque prælecta eſt Sen-
 tentia contra Magiſtrum Nicolaum de
 Martimboſ, Sylvaneſtensem Theologum
 a Rege & privato confilio lata, ex occaſio-
 ne quorundam tumultuum in hac urbe

Hiſt. Eccleſ. Tom. XLIII. Z exci-